

Flora

oder

Botanische Zeitung.

Nro. 39. Regensburg, am 21. Octbr. 1821.

I. Aufsätze.

Ad Floram Erlangensem auct. Schweigger et Koerte adnotationes nonnullae. Scripsit Dr. G. G. Zuccarini.

Classis II. Diandria a. Monogynia.

Pars I. pag. 4.

Veronica scutellata, adde: occurrit nonnunquam in sylva Norimbergensi tota villosa.

P. I. p. 6. post Veronicam inserenda:

Gratiola, Gnadenkraut. Calix 7 - phyllus: exterior patulus. Cor. resupinata. Filam. 2 sterilia. Capsula 2 - locularis.

1. officinalis, ächtes Gnadenkraut. Foliis lanceolatis serratis, floribus pedunculatis Willd. Oed. fl. dan. t. 363.

Teste amic. Hoehstetter prope Tenneslohe.

P. I. p. 7.

Lycopus exaltatus Linn., qui teste illustrissimo de Schreber in humidis prope Marloffstein occurreret, nunquam et a nemine postea inventus est. Provenit vero ibidem haud raro

Q q

varietas praealta (3-4 pedalis) *Lycopi europaei*, foliis superioribus saepe pinnatifidis, inferioribus sinuato-serratis, quam a clarissimo viro pro *L. exaltato* lectam esse persuasum me habeo.

Classis III. Triandria. b. Digynia.

P. I. p. 18.

Phleum pratense, adde: variat spicis viviparis.

P. I. p. 27.

Bromus nanus Weigel, certe nihil est nisi varietas *Br. mollis*, solo sicco et sterili depauperata.

Classis IV. Tetrandria a. Monogynia.

P. I. p. 32. addendum:

Scabiosa canescens, graufilzige Skabiose, tomentoso-canescens, corollis quadrifidis, radiantibus, caule multifloro, fol. radicalibus ovato-lanceolatis, caulinis pinnatifidis, pinnatisque. *Plant. rar. Hung.* p. 53. t. 53.

In montosis siccis, v. c. am Hezles.

P. I. p. 37.

Plantago major. In horto botanico occurrit varietas sponte nascens, in qua bracteae per totam spicam in radicalibus plane similia mutantur folia, quorum inferiora petiolata, superiora subsessilia.

b. Tetragynia.

P. I. p. 42. post *Potam. compressum* adde:

Potamogeton zosteræfolius, foliis linearibus longissimis obtusis cum mucrone, alternis,

oppositisque sessilibus, caule compresso, spicis uncialibus multifloris. Schumacher. flor. Zaelland.

1. p. 50.

In lacu Bischoffsweiher. Certe saepe cum Pot. compresso confusus.

Classis V. Pentandria. a. Monogynia.

Phyteuma nigrum in appendice ad primam partem p. 145. indicatum nunc disparuit.

b. Digynia.

P. I. p. 63. adde:

Ulmus effusa, Flatter-Ulme, foliis duplicato-serratis, basi inaequalibus, floribus octandris pedunculatis effusis, margine ciliatis Willd. Ulmus montana With.

Ad sepes prope Gründlach, passim.

P. I. p. 64.

Gentiana verna sponte, sed raro, occurrit in pascuis sylvae Norimbergensis prope viam publicam.

P. I. p. 70.

Laserpitium prutenicum, teste meritissimo Dom. Assessore Frischmann et in pratis prope Schallershof.

Classis VI. Hexandria. a. Monogynia:

P. I. p. 81.

Leucojum vernum nunc copiose in prato humido in der Bruckerlache.

c. Trigynia.

P. I. p. 91.

Q 9 2

Alisma lanceolatum With. non pro propria specie habendum esse opinor, cum saepius in eadem planta folia et ovata et lanceolata occurrant. Capsularum differentiam, quae in *A. Plantagine* obtuse trigonae, in *A. lanceolato* trigonae dicuntur, nunquam inveni.

Classis X. Decandria, a. Monogynia.
P. I. p. 101.

Arbutus Uva ursi delenda est, cum et in locis ubi sata erat, disparuit.

P. I. p. 102.

Pyrola umbellata occurrit et prope Stadling, sed raro.

Classis XII. Icosandria. e. Polygynia.
P. I. p. 122. adde:

4. *Rosa pumila* Lin. Zwergrose, Rainrose, tubo calycis oviformi, pedunculisque glanduloso hispidis, foliolis ovalibus duplicato - glanduloso-serratis subtus discoloribus, pubescentibus; petiolis glandulosis aculeatis; caule superne aculeato aculeis inaequalibus sparsis. Rau enum. ros. Wirtzeb. Jacq. austr. 2. p. 59. t. 198.

Prope Rosenbach, Hezles ad margines agrorum.

5. *R. turbinata*. Kreiselförmige Rose, Frankfurter Rose, calycis tubo turbinato, medio constricto, basi pedunculisque glanduloso - hispidis; foliolis ovatis, simpliciter serratis, subtus discoloribus, ramulis floriferis inermibus aculeis caulinis sparsis. Rau enum. p. 48. *R. campanulata* Ehrh.

Ad sepes prope Bayersdorf, Gründlach.

P. I. p. 128. adde:

Potentilla recta, aufrechtes Fingerkraut, foliis septenatis, quinatisque, foliol. lanceolatis grosse dentatis, petalis obovatis cal. majoribus, caule erecto Willd. Jacq. austr. t. 383. Ad margines sylvae Norimbergensis.

Classis XIII. Polyandria. c. Pentagynia.

P. I. p. 130.

Aquilegia vulgaris, occurrit et sponte nascens floribus albis, coeruleis, violaceis et purpureis.

P. I. p. 130.

Anemone Pulsatilla. Locus natalis, beim Altstaedter Pflastersteinbruch, delendus est; copiose vero occurrit in monte Hezles et versus Streitberg.

P. I. p. 135. et append. p. 158.

In appendice *Ran. capillaceus* et *peucedanifolius* Gmel. (flor. bad.) ut propriae species enumerantur. Est vero *Ran. peucedanifolius* Gmel., Desfont., synonymus cum *Ran. fluviali* Willd. et *fluviali* flor. dan. t. 376. — *Ranunculus capillaceus* Gmel. Hoffm. Pers. *divaricatus* Schrank, *aquatilis* Schkuhr, certe est mera varietas *Ran. aquatilis* Willd., *heterophylli* Pers. et Schkuhr, loco natali, aqua vel profundiore, vel celerius fluente producta. In

hac ut in multis aliis plantis aquaticis ex aqua emergentibus, vel quidem in ejusdem superficie natantibus, et hinc, ut ita dicam, amphibiiis, diversa foliorum forma, ad ejusmodi vitae rationem necessaria, cessat, cum causis externis permota planta hanc ambiguitatem relinquit, et vel tota in aerem prodiens, vel plane aqua submersa, formam huic statui propriam plane induit. Patet hoc clarius adhuc ex alia hujus speciei varietate, illi (R. capillaceo Gmel.) plane opposita, quae in fossis et piscinis exsiccatis occurrit. Hic enim folia inferiora capillaria in caulibus ob aquae delapsam prostratis plane in radices mutantur, qua ratione planta apparet stolonifera, stolonibus repentibus. Sunt ceterum folia omnia subpeltata, 3 — 5 loba, tota vero planta omnibus partibus minor, et non dissimilis Ran. hederaceo Flor. dan. t. 321. — Varietatibus hujus plantae polymorphae adhuc adnumerare velim Ran. cespitosum Thuill. Bot. Par. p. 259., Ran. rigidum Hoffm. Pers. II. p. 106. et Ran. diversifolium Schrank flor. bav. II. p. 103., quos multis observationibus persuasus pro propriis speciebus habere non possum.

Classis XIV. Didynamia, a. Gymnospermia.

P. II. p. 14. adde:

Stachys germanica, deutscher Ziest, canes-

cens, verticillis multifloris, fol. ovatis, serraturis imbricatis, caule lanato. Linn. Jacq. austr. t. 319.

In monte Hezles parce.

P. II. p. 26. adde:

b. Angiospermia.

Scrophularia vernalis, Frühlings-Braunwurz, foliis cordatis duplicato serratis pubescentibus, paniculis axillaribus dichotomis, bracteis ovatis serratis. Ait. Kew. 2. p. 342.

Locis humidis umbrosis inter Gründlach et Tannelche.

Classis XV. Tetradynamia, a. Si-liculosa.

P. II. p. 31. adde:

Alyssum incanum variat floribus duplo majoribus plenis hinc inde in versuris agrorum prope Bruck.

Classis XVII. Diadelphia. Decandria.

P. II. p. 55. adde:

Astragalus arenarius, caulescens ramosus prostratus, foliol. lineari - lanceolatis sericeis complicatis, racem. subsexfloris, folio longioribus, legum. oblongis pubescentibus. Decandolle Astrag. p. 132.

In arenosis prope Fürth, Norimbergam.

Classis XVIII. Polyadelphia.

P. II. p. 63. adde:

Hypericum pulchrum, schönes Johanneskraut, floribus trigynis, calycibus serrato - glan-

612

dulosis, caule tereti, fol. amplexicaulibus cordatis glabris Linn.

Prope Weissendorf, Uehlefeld.

Classis XIX. Syngenesia.

a. Aequalis.

P. II. p. 66.

Scorzonera laciniata, zerschlitztblättrige Haberwurzel, foliis inferioribus pinnatifidis linearibus, superioribus linearibus, calyc. squamis glabris, inferioribus patulis mucronatis. W. Jacq. austr. t. 356. Ad muros, sepes vor dem Nürnberger Thor, fortasse horti botanici aufuga.

b. Superflua.

P. II. p. 82.

Gnaphalium arenarium. Occurrit et varietas pulchra: β aurantiacum, floribus dense approximatis capitulum efformantibus subrotundis aurantiacis. Pers.

P. II. p. 89.

Inula ensifolia, nerviger Alant, foliis sessilibus linearibus acuminatis nervosis glabris sparsis, caul. subunifloro Linn.

Prope Frauenaurach raro.

P. II. p. 93. post Achilleam adde:

* Galinsogaea, Cal. imbricatus. Recept. conicum paleaceum. Pappus polyphyllus, paleaceus serratus. Sem. obconica.

1. parviflora, fol. ovatis triplinerviis serratis Willd. Cav. ic. 3. p. 41. t. 281.

Planta ab origine peruviana, et prius in horto botanico culta, nunc non solum ibidem copiosissime sponte nascitur, sed et in agris, inter segetes prope Bruck, Eltersdorf, Alt Erlang, non raro provenit, ideoque eodem fere jure, quo *Datura Stramonium*, *Solanum nigrum* etc. florae Erlangensis civibus adnumerari potest.

Classis XXI. Monoecia d. Tetrandria.

P. II. p. 115. adde:

Littorella, Strändling. Mas. Cal. 4- phyllus, Cor. 4- fida. Stam. longa. Fem. Cal. o. Cor. inaequaliter 3- fida. Stylus longus, nux 1- sperma.

1. lacustris, Ufersträndling, foliis linearibus semicilindricis, basi latioribus membranaceis. Flor. Dan. t. 170. *Plantago uniflora* Linn.

Variat foliis valde pubescentibus.

Ad ripas lacus Bischoffsweiher prope Densendorf. Reverendus D. Assessor Frischmann, cujus maxima in floram Erlangensem merita mea laude non indigent, et *Littorellam* autumnis anni 1818, cum aqua e lacu deducta esset, primus in hac regione invenit. At nemo erat, qui non loco natali inconsueto (1—3 pedes sub aquae superficie) habituque plantae hinc plane mutato, deceptus, eam pro *Isoete lacustri* haberet, (sub quo nomine et clar. Dr. Martius in sua flora cryptogam. Erlangensi ejus mentionem facit) praesertim cum, submersa, flores non produceret.

Erant in hoc statu folia teretia, erecta, rigida, glabra, subpungentia, 1 — 2 pollicaria, hieme quoque viridia. Ceterum planta et sub aqua magnos cespites formavit. — Calida tandem aestate anni 1818, cum aqua lacus insueto modo decresceret, *Littorella* quoque in siccum provenit, moxque per habitum naturalem reconditum, floresque copiosos nomen sibi proprium recuperavit.

f. *Polyandria*,

P. II. p. 119.

Sagittariam heterophyllum, quam Flora Erlangensis ex auctoritate clariss. de Schreber a *Sagitt. sagittifolia* separavit, non solum nullo modo pro propria specie, sed ne pro varietate quidem habendam esse, mihi persuasissimum est. Erat *Sag. sagittifolia* ipsa, novella adhuc, quam cel. vir ante oculos habuit, cui vero, ut permultis plantis aquaticis *), nomen „heterophyllae,“ summo jure convenit. Nisus plantae, per aquae medium ad lucem aeremque proveniendi, apparet hic in variis conatibus vel totidem evolutionis momentis, quae praesertim in foliorum formatione, pro plantae aetate diversa, patefunt. Etsi hoc vero, ut jam dictum est, in permultis plantis aquaticis observetur, tamen nulla fortasse totidem tamque distincta evolutionis momenta prae-

(*) Ex gr. *Ranunculis* et *Potamogetonibus*, nonnullis *Myriophyllis*, *Phellandrio*, *Elat. Alsinastro*, *Callitrichis* etc.

bet, quam *Sagittaria sagittifolia*, quae nunc enumerare conabor:

1mus status. Planta est plane submersa. Folia longissima, laxa, linearia, obtusa vel acuminata, membranacea; vel ut in *Flora Erlangensi* optime dicitur, sunt petioli membranacei absque folio. Planta annua.

2dus status. Folia praecedentibus similia apice dilatantur in processum ovatum ejusdem substantiae. Planta adhuc submersa, annua vel biennis.

3tius status. Petioli adhuc membranacei, sed folia ovata natantia epidermi coloreque viridi jam gaudent. Planta biennis.

4tus status. Folia cordata vel sagittata, lobis obtusis adhuc vel acutis, apice quoque nunquam acuminata, semper vero natantia. In hoc statu planta quamquam raro flores proferre incipit, et tunc est revera *Sagitt. heterophylla* Schreb. Hinc et folia floresque minores dicuntur, quam in *Sagitt. sagittifolia*. Petioli jam teretes, tennes vero adhuc, longissimi, laxi.

5tus status. Petioli teretes, erecti, crassi, folium versus tenuiores; folia plane emersa, erectiuscula hastato-sagittata, longe acuminata; lobis folio saepe majoribus acuminatis, apice inflexis, angulo medio sinuato.

Sagitta minor Lobel, *adversar.* p. 127, *stirp. observ.* p. 161. f. 2.

Bauhin. Matthiol. 797.

C. Bauhin Pin. 194.

qui tamen foliorum difformitatis mentionem non faciunt.

6 us status. Petioli ut in antecedente. Folia erecta acuminata, sagittata, lobis recte divergentibus acuminatis, angulo medio recto.

Haec diversae foliorum formae, quanquam in unaquaque planta ex ordine provenientes, tamen raro in eadem conjunctae apparent. Sed semper fere in a dultis plantis formae 1, 4 et 6 inveniuntur.

Inter auctores, in flora Erlang. citatos, solus Loesel. flor. pruss. p. 234. t. 74. allegandus est, qui primus Sag. heterophyllum ut peculiarem speciem s. n. „Sagitta aquatica foliis variis, groß Pfeilkraut mit allerlei Blättern“ distinxit. Lobelii Sagitta minor (adv. p. 127.) contra, ut jam dictum est, ad quintum statum referri debet.

Classis XXII. Dioecia.

P. II. p. 125.

Najas major, quae velut deleta indicatur, nunc in lacu Bischoffsweiher abundat.

Classis XXIII. Polygamia. Monoecia.

P. II. p. 135. adde:

Atriplex nitens, glänzende Melde, caule erecto herbaceo, fol. nitidis, inferioribus sagittatis eroso dentatis acuminatis, mediis hastatis su-

premis lanceolatis, cal. sem. 3- angularibus integris. Schk. Handb. 3. t. 358.

Prope Bayersdorf in ruderatis, ad sepes, raro.

II. Schwedische Literatur.

Herr C. J. Hartmann, Verfasser des in vorigem Jahre erschienenen „Handbok i Skandnaviens Flora etc.“ beschäftigt sich gegenwärtig mit einer Uebertragung desselben aus dem Schwedischen in das Lateinische, und ist dabei bemüht, dasselbe durch neue Beiträge und Verbesserungen möglichst zu vervollständigen.

Herr Dr. Fries in Lund, durch seine mycologischen Schriften den Botanikern rühmlichst bekannt, beabsichtigt die Herausgabe eines Werks über die Flechten. Dasselbe soll in Heften erscheinen, jedes Heft 10 Kupfertafeln in 4. erhalten, und auf jeder Kupfertafel 10 Species abgebildet werden, das ganze Werk aber aus 10 Heften bestehen, die auf diese Weise 1000 Species bildlich darstellen würden. Jedes Heft ist mit dem, die in demselben abgebildeten Species, beschreibenden Text versehen, und das erste Heft wird zur künftigen Ostermesse bei Mauritius in Greifswald erscheinen, der Preis aber möglichst billig gestellt werden.

Gewiß wünscht jeder Botaniker dem hier angezeigten Werke das beste Gedeihen, da, während die übrigen Familien der 24. Linneischen Klasse mit Vorliebe bearbeitet werden, die Fa-

millie der Flechten, die so allgemein verbreitet und nicht weniger interessant ist, seit Acharius Tode gänzlich vernachlässigt wird, und um so mehr eines tüchtigen Bearbeiters bedarf, da Flörke, der sich durch seine früheren trefflichen Arbeiten in diesem Fache so vielen Ruhm erworben, durch spätere Verhältnisse fast gänzlich davon abgezogen worden ist. — Die Abbildungen werden, wenn sie den Preis nicht zu sehr erhöhen, das Studium allerdings sehr erleichtern und auf diese Weise viel mit zur Verbreitung der Kenntniss dieser interessanten Gewächsfamilie beitragen.

In den Kongl. Vetenskaps Academiens Handlingar, föö år 1820. befindet sich eine Abhandlung „Några Arter af Växtslåget Rosa, beskrifne af J. C. Wikström“ in welcher der Verf. *Rosa ochroleuca* Sw., *R. laxa* Retz. *R. microcarpa* Retz. und eine neue Species *R. flava* Wikstr., ausführlich beschreibt, und auf einer beigegebenen Kupfertafel sehr gute Abbildungen von denselben liefert:

Greifswald, im Juli 1821.

Dr. Hornschuch.

III. Neue Schriften.

Basel bei Neukirch: Tentamen Florae Basiliensis exhibens plantas phanerogamas sponte nascentes secundum Systema sexuale digestas adjectis Caspari Bauhini Synonymis ope horti

ejus sicci comprobatis. Cum effigie Casp. Bauhini et duabus iconibus coloratis. Auctore C. F. Hagenbach. Med. Doct. Vol. I. 1821. 8. S. 444.

Dieser erste Theil geht bis zur 11. Classe und hält sich in der Methode hauptsächlich an Persoon, mit Ausnahme der Gräser und Doldengewächse, wovon erstere nach Schrader und Gaudin und letztere nach Sprengel geordnet sind. Auch die Flora Badensis von Gmelin ist wohl benutzt. Bei jeder Definition ist die Historia stirpium von Haller, das Synonym von C. Bauhin und der Pinax, Prædromus, das Theatrum oder hauptsächlich der Catalogus pl. circa Basileam sponte nascentium citirt. Die eigenhändig geschriebenen Namen und Pflanzen von C. Bauhin, welche in dem Lachenalischen Herbarium, das der Verf. auf das sorgfältigste verglichen hat, vorkommen, sind besonders mit einem * bezeichnet, und eben so auch das Herbarium des seligen Jac. Hagenbach benutzt, der einst der Freund und Zeitgenosse der Bauhine war. Neuere Synonyme und Abbildungen dagegen sind sparsamer angeführt. Jede Species hat ihre kurze Diagnose und außerdem sind noch häufig besondere Merkmale angegeben, wodurch sie von andern ziemlich nahe verwandten Arten leichter zu unterscheiden ist. Uebrigens bemerkt der Verf. ganz richtig, daß die Flora von Basel, wenn gleich noch nicht ganz erforscht, eine

der reichhaltigsten ist, da nicht allein mehrere Flüsse gar manche Alpenpflanze herbeiführen, sondern selbst ein Theil des Jura bis zur Höhe von 3720' über der Meeresfläche, und des Schwarzwaldes à 4355' darinn begriffen ist. Am Ende sind noch 2 Holzstiche beigefügt, von *Veronica praecox* und *V. Buxbaumii*, welche nach einer neuen Methode zugleich mit Farben abgedruckt werden, und ein recht schönes und getreues Bild geben. Auch ist von dem vorgesetzten Portrait von C. Bauhin eine kleine Anzahl Abdrücke auf schönes Velinpapier von größerm Format, das Exemplar zu 40 kr. besonders abgezogen worden.

IV. Bemerkungen.

In Römer und Schult. syst. veget. steht *Rhamnus rupestris* Scop. noch als Abart von *Rh. pumila*, was um so mehr zu verwundern ist, als Römer in seiner Flora Europ. schon auf die Verschiedenheit der Abbildungen hindeutete. Da beide Pflanzen himmelhoch von einander unterschieden sind, so ist zu hoffen, daß die Verf. der Flor. germ. in deren Gebiet beide Arten gehören, hier die nöthige Berichtigung eintreten lassen, wohin denn auch gehört, daß im gedachten Syst. veget. bei *R. pumila* eine Anmerkung sagt: „differt a *Frangula* — — foliis serratis,“ während die Diagnose selbst „folia crenata“ angegeben hat.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1821

Band/Volume: [4](#)

Autor(en)/Author(s): Zuccarini Josef Gerhard

Artikel/Article: [Aufsätze 605-620](#)